

Dissertatio inauguralis medica, de purpura urticata, quam vocant die Hessel-Sucht / [Johann Friedrich Borsch].

Contributors

Borsch, Johann Friedrich.
Alberti, Michael, 1682-1757.
Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae Magdeburgicae : Typis Christiani Henckelii, [1719]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/c99s7mkg>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

URTICARIA

URTICATA,

QUAM VOCANT

Die Seessel=Sucht,

QUAM

PROFECTIO NUMINE DIVINO
ET

RATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE,

D. MICHAELE ALBERTI,

SENTISS. REGIS PORUSSIÆ CONSILIARIO AULICO, MEDI-
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, PHILOS. NATUR. EXTRAORD.
REIPUBL. NORIBERG. PHYS. ORDIN. ACADEM. NAT. CURIOS.
COLLEGA,

FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,
RONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO CUM
HONORIS CULTU PROSEQUENDO,

PRO GRADU DOCTORIS

is que in arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis
More Majorum Solenni obtinendis,

Horis ante- & pomeridianis. d. Mart. MDCCXIX.

Publicæ ventilationi submittet

JOHANNES FRIDERICUS BORSCH,

RATHENOV. MESO - MARCHICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Tunis CHRISTIANI HENCKELII Acad Typogr

JANNES FRIDERICUS BORSEH,

RO GRADU DOCTORIS

D. MICHAELIS ALBERTI

QUAM VOCANT

RECTORIA

UNIVERSITATIS



PROOEMIUM.



Quando vulgatum di-

cterium indicat, quod *nihil in initio suo perfectum sit*, tunc minime prima scientiarum & artium incrementa adeo exosa esse debent, ut, quia perfecta non sunt, pro inutilibus & sterilibus declarari de-

beant; quemadmodum nihil magis attentione & commendatione dignum est, quam primum rei initium, quo fundamento itaque posteritas melius niti & illius rei certitudinem & utilitatem magis explicare, illustrare & confirmare potest: unde probe cognitum est *Senecæ* effatum quod in *Ep. 64.* continetur: *Multi egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt! suspiciendi tamen sunt. Multum adhuc restat operis, multumque restabit; nec ulli nato post mille secula præcludetur occasio, aliquid adhuc adjiciendi. Porro: faciamus ampliora, quæ accepimus: Si omnia a veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit usus, & inventorum ab aliis scientia & dis-*

positio: qua ipsa sapienti Philosophi enunciatione admonemur, ne in novitatibus excolendis & æstimandis primarium nostrum studium ponamus, sed quo antiquorum observationes atque inventa augeamus & supplementum imo confirmemus, neque eorundem simplicitatem ingenuitatem contemnamus: sed iterum cum *Plinio in Præfatione ad Vespasianum* eloqui debemus: *R* *sane ardua est, vetustis novitatem dare, novis auctoritatem obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam & naturæ suæ omnia*: egregius sane labor & fructuosum studium est, antiquitatem inventa innovare, sinceritatem horum commendare atque utilitatem indicare: vix vero propterea judicare convenit juxta vulgare dictum, quod *nihil novum sub sole reperiatur*; sed licet quædam nova è cana antiquitate prodierint & quasi denuo innovata fuerint, juxta modulos formarum in vestitu *an alten und neuen Moden* nihilominus quædam circumstantiæ intercurrunt, quæ dum per tempora variant, non modo discrepantibus sed in sua specie novis quibusdam effectibus & phænomenis ansam præbent: Sed cum juxta *Plinium Lib. 8. l. 18. aures hominum novitate admodum latentur*, ita magis omnino prudentia necessaria erit, ne animus nimis in novitates se immergat atque iisdem sese illaqueet: etenim quædam talium novitatum ita speciosæ & splendide sunt, ut ob eximium suum externum ornatum facile aliquam existimationem obtinere possint; si vero hæc speciosa pellis detrahatur, heu quam nuda & exilis est vanitas, ut hoc loco merito iterum *Senecæ* verba *Ep. 76. conciliemus: hoc laboramus errore: sic nobis im-*

pitur, quod neminem æstimamus eo, quo est, sed adjicimus illi & ea, quibus adornatus est: atqui cum voles veram hominis æstimationem inire & scire qualis sit, nudum inspicere: ponat patrimonium, ponat honores & alia fortune mendacia, corpus ipsum exuat; animum intueri, qualis quantusque sit, alieno, an suo, magnus. unde proxime pergit: Magna pars est apud imperitos mali, novitas: neque quidem nobis juxta communes mores difficile videtur, novitates producere, licet *Lucianus* nova invenire difficile esse supposuerit, quoniam ipse non admodum probæ indolis fuisse notatur, ut ex protervo animo atque ambitiosa mente de aliis judicaverit, quod impia talia nova haud ita facile, ut ipse, invenire queant, sicut *Lactantius de falsa religione* l. c. 9. de hoc Luciano professus & confessus est, quod diis & hominibus non pepercerit: quando vero in aliquo studio vera nova phænomena occurrunt, quæ non imaginaria & ex certis placitis atque theorematibus supposita sunt, tunc minime ita rigorose & acriter eadem cum veterum inventis confundi, neque veterum observationibus certi sensus extorqueri debent, qui aliquo modo cum recentioribus inventis convenire videntur, recte enim *Celsus in Præf.* dixit: *Rarius, sed aliquando morbus quoque ipse novus est*: propterea tamen antiquiorum observationes non penitus postponendæ sunt; quare in dijudicandis veris & utilibus novitatibus prudentia opus est: etenim interdum contingit, ut in veterum observationibus quædam phænomena occurrant, quæ ad explicanda inventa posteritatis non exiguum lucem affundunt: quid quod accidit quandoque inter antiquiores & recentiores unus idemque morbus,

sed cum aliquali differentia, quæ diversitate & ratione climatis, vitæ generis, diætæ, aëris, regiminis, consuetudinis & sensibilitatis personalis nititur: quamvis de reliquo laudabile consilium existat, quod *Celsus l. c.* circa novorum morborum æstimationem, dijudicationem & tractationem suppeditat, dum differit: *si incidat malignus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris, sed eum protinus visurum, cui morbo id proximum sit, tentaturumque remedia similia illis, quæ vicino malo sæpe succurrerint, & per ejus similitudinem operam reperturum*: quare in dignoscendis talibus morbis a ratione minime discedendum, neque ad speculationem & imaginationem confugiendum est: in eo enim in genere recte adhortatus est *Hippocrates Sect. II. aph. 52. omnia secundum rationem facienti, si non secundum rationem fiant, non transire oportet ad aliud, manente eo quod visum est ab initio*: quod monitum eo applicari potest, quo in rebus arduis, in medicina perficiendis atque tractandis, verus rationis usus non offendatur, sed & in novis & obscuris subjectis atque phænomenis rite exerceatur, neque præcipitanter & impatienter in steriles & protervas speculationes immutetur: Missa hac generali prælibatione paulo propius & pressius ad Medicum forum & scopum progredimur & indicamus quomodo inter posteros varii morbi innotuerint, qui novi vocari possent, quorum simulacrum aut similitudo inter veteres occurrit, uti hoc nomine & caractere constant, scorbutus, affectus Hypochondriacus, variolæ & morbilli, Lues venerea, Petechiæ, Purpura, omissis specialissimis casibus, qui sub schemate corruptorum nominum veniunt.

inter recentiores tota sua indole novi morbi dicuntur, quorum tamen inter veteres nullum vestigium conspicitur: non indigna nobis propterea videtur illa industria quæ circa indagacionem similium affectuum adhibetur, quo morbi tales, qui vel pro plane novis habentur, vel qui inter antiquos cogniti, sed postea quantifere neglecti & obscurati fuere, recte explicentur & in commodum artis applicentur: & inter ejusmodi morbos, qui neque diu cogniti, neque ubique obvii, referimus affectum, quem per allegoriam Urticatum vocamus & quoniam cum Purpuratis morbis quadantenus convenit, Purpuram Urticatam appellare maluimus: hic affectus vero cum per paucos annos tantum innovasse videatur, neque tamen condigne aut ex proposito tractatus delineatus & explicatus fuerit, propterea nos persequimur, quo in illius indolem paulo curatius & attentius introspiciamus: & dum impræsentiarum nostrum officium sit Inaugurali quodam specimine de utili & selecta quadam materia differere, ita cum Deo nobiscum constituiamus de PURPURA URTICATA tractare: Adsit proposito nostro divina gratia, eidemque ita benedicat, quo feliciter cedat atque succedat, proinde vero altissimi gloriam & artis medicæ utilitatem promoveat.

§. I.

ANtequam specialiore descriptionem & delineationem præsentis affectus, quem Purpuram urticatam vocamus, subministremus, non inutile aut incon-

inconsultum erit, *generalem* quandam *præparationem* ad
accessum ad præsentem tractationem præmittere, & mo-
in limine indicare, quod *varii* inter *nostrates* affectus ob-
tingant, qui adhuc *uberiori* & evidentiori explicatione
indigent, siquidem in diversis *morbidis* phænomenis adhu-
intricatæ quædam circumstantiæ occurrunt, quæ quoad
specialissimas causales deductiones *nondum* satis liquent
& ne in hac assertionelatiusexcurramus, moxin mentem
incidit *specialissima* diversitas *dyscrasiæ* in humoribus, ita
ut alia inquinatio sit in *scorbuto*, alia in affectu *venereo*
iterum alia in *variolis*, alia in *morbillis*, alia in *scabie*, alia
in *petechiis*, alia in *purpura*, alia in *herpete miliari*, alia in
maculis hepaticis, alia in *Varis*, *Lentiginibus*, *Ephelidibus*
Phlystænis, *Serpiginibus* infantum &c. cujus *dyscrasiæ spe-*
cialissimam veram & indubiam *indolem* nosse & explorare
valde difficile est, ni illius *diversos effectus* conspicere
annotare facilior occasio obtingat, in quo posteriori stu-
dio nobis officio suo magis illi *satisfecisse* videntur, quibus
intereßt tales corporis humani defædationes & afflic-
tiones nosse & iisdem aliquam *opem* afferre, quotquot i-
lorum hosce affectus quoad *conspicua* sua *phænomena* de-
scribunt, insuperque indicant, quo *ordine*, quibus *modis*
motibus atque *successibus*, quo *tempore* atque *quali* *perio-*
eiusmodi impuritates *sponte* excernantur, quo *eventu* po-
tiantur & quem *effectum* nanciscantur, quando *libere*
tranquille eliminantur, aut quando vicissim *coacte* & im-
petuose *impelluntur*, *expelluntur*, vel plane *repelluntur*,
qua *methodo natura* utatur in hisce *dyscrasiis æstimandis*
atque *tractandis*, cum nobis vicissim non modo valde
perosa sed & admodum *otiosa* & ferme *infructuosa* vide-
tur *illa* altera occupatio & *officiositas*, qua ad intimiores
physicas qualitates indagandas & *eruendas vires* intendun-
tur, ubi è theoria *chymica* variæ *fermentationes*, aut effectus

rescentia & à *Pathologia falsa*, variæ *salium species* præsupponuntur, ut post quamlibet operosam explicationem omnino plebeja illa oblocutio locum inveniat: *wer weiß obs wahr ist*: cum itaque in *posteriori* occupatione tam eximia *dubia vexata* occurrant & nullus physicorum, chymicorum & medicorum inquirere & *solide* demonstrare possit *essentialem* rationem & constitutionem, imo veram *specificam* differentiam talis *dyscrasie*, neque *sufficiat* in petechiis, variolis &c. accusare *sal corrosivum*, quoniam mox illa *hæsitatio* incidit, per quod nimirum *materiale* & *physicum* subjectum & attributum petechiæ a variolis *differant*, & cur variolæ non sint petechiæ & viceversa: ita sane dignior & *usibus* atque *utilitatibus humanis* convenientior est labor talium affectuum *conspicua phænomena* annotare & quomodo *sine influxu & concursu artis*, *natura* circa illos tractandos ac *salutariter* absolvendos occupata sit, *curatius* describere, imo quibus *modis*, *phænomenis* & *effectibus* illi *sinistre* excurrant, solertius observare & indicare, ut ita imposterum melior via præparetur, qua *utilis & rationalis* methodus hisce calamitatibus *medendi* invenia-

§. II.

Quod *in genere* modo de diversis affectibus dictum fuit, id etiam valet de *præsenti* affectu cujus explicationem aggredimur; *Purpura* est *urticata*, cui pro meliori intellectu hanc appellationem & *denominationem* dedimus; sed ne videatur, quasi pro nudo beneplacito & vano *arbitrio* hunc affectum hoc nomine indicemus, ita significabimus quomodo hac *denominatione* ipsius *constitutionem* quadamtenus designare laboremus: PURPURAM hunc morbum vocamus, 1) quia de *characteribus Purpuratorum* affectuum participat, dum in *superficie* corporis efflorescit, 2) *interdum* aliquid *febrilis* typi aut commotionis assumit, 3) per non adeo longum tempus durat & insistit. 4) fa-

cile ad *interiora* retrocedit, 5) sub *certis* anni *temporibus* *tempestatibus* invadit, 6) imo ratione primæ observationis & annotationis ferme *eadem fata* tenet, quæ in *aliis purpuratis* morbis deprehenduntur. 6.) proinde etiam *temperamentum* & *mobilitate* præditus est, *quali* affectus *aliis Purpurati* gaudent. 7) unde etiam ratione *Diagnoseos* & *Prognoseos* apprime cum purpuratis morbis convenit, licet quoad suam indolem *lenior* & *benignior* existat: 8) hinc ferme *æqualibus evacuationum* speciebus ventilatur, absolvitur, adeoque 9) *æquali medendi methodo* dirigi meretur, & 10) per easdem *antipraxes* offenditur, quæ ad purpuratorum affectuum explicationem spectant: 11) quæ *externus* illius conspectus & *modus efflorescendi* cum purpuratis afflictionibus convenit, & 12) quia in *illis locis* atque nationibus *magis innotuit* & inclaruit, nec non subiecta *frequentius* invasit, in quibus *purpurati* affectus utilitius observantur; ut ita propter has rationes *collectim* sumendas & agnoscendas hunc affectum pro *singulari Purpuræ specie* habeamus; addimus vero quod hæc Purpura *URTICATA* sit, sive urticæformis; quo ipso prædicato non modo significamus illud *visibile*, manifestum & *crassum* signum, per quod *in sua specie* agnoscitur, sed inculcamus eo ipso quomodo per hoc signum ab *aliis purpurarum* speciebus discrepet & se in sua *speciali* indole distinguat, ut & quomodo per *idem signum* antiquioribus celebribus viris innotuerit & ex illo indicatus atque discretus fuerit, imo quomodo propterea a Germanis & in illis locis, ubi frequentius occurrit, appelletur *die Nessel* *Sucht*, ab *urticis* & *urticatione*, quod videlicet *efflorescentia* illa *purpurata* ita constituta sit, ac si superficies corporis cum *urticis* percussa & fustigata sit, ubi *papule* tales grandiores *protuberant*, quæ interdum *urticarum ictui*, aut læsioni ab apibus & vespis commissæ adscribitur: in venæ nacula vero denominationem *Luei* oder *Sucht* gerit, quæ

nam germanis pro *æstimatione* sua & stylo loquendi aut
per modum *exaggerationis* usitatum est, minus cognitos aut
sensu admodum incidentes & primo conspectu *terri-*
les affectus hoc nomine designare: quæ ipsa nostra *de-*
claratione indicavimus & demonstravimus, quæ causæ nos
permoverint, quod hunc affectum *Purpuram urticatam* ap-
pellaverimus.

§. III.

Placet adhuc in limine hujus tractationis mentem
etiam nostram explicare, an præsens affectus mereatur
Exanthematibus accenferi, an vero minus: haud quidem
nos latet, quam *generaliter* & ut dicunt *late* exanthe-
mata interdum accipiantur, ut non modo per eadem *mali-*
gni, sed & *benigni* affectus sumantur; unde vel *maculæ* mo-
do exiliores modo latiores varii coloris, vel *protuberan-*
tiæ modo *pustulosæ* modo *papulares* exanthematum nomi-
ne declarantur, uti *Sennertus Prax. Med. Lib. V. P. I. Cap.*
2. testatur & annotat aut asserit, quod appellatio Exan-
thematum *pustulis* atque *papulis* in tantum conveniat, in
quantum *tubercula* quædam in *cute* constituunt; quid ve-
ro *papulæ* sint, non satis *accurate* authores describunt &
de illarum *vera indole* adhuc inter se *dissentiant*, siquidem
quibusdam *generalem*, aliis *specialem* notionem constituunt;
proinde etiam quidam iterum papulas cum pustulis *con-*
fundunt, dum easdem *exilissimas* pustulas nuncupant: ve-
rior ille erit sensus, quod *papulæ* sint *protuberantiæ* in su-
perficie corporis *non pustulosæ*, sed *solidiores* atque *durio-*
res, qua ratione *Rhod. ad Scribon. n. 210.* *Furunculum* appel-
lavit *Papulam acutam*: missa vero hac confusione quæ pas-
sim inter *exanthemata*, *ecthymata* &c. intercedit, illud hoc
loco asseveramus, quod *Purpura Urticata* omnino *exan-*
thematis annumerari queat & quidem non aliis, quam
papularibus; unde affectus papularis est, quando videlicet
per *papulas* indicato modo intelligimus *tubercula* inter-

dum majora, nonnunquam minora in *superficiem cutis* a-
euntia & penetrantia: ubi tamen illa cautela opus est,
nimis latè exanthematum titulus extendatur, in quo non
pauci peccarunt, qui quaslibet cutis *decolorationes* exa-
thematum notione designare volunt; alias *varia* occu-
runt *tubercula* sive *papulares* protuberantiæ, quæ vel à *fr-*
ictione oriuntur, vel subjectis *plethoricis* familiaria sunt,
tamen propterea *exanthematum* nomine significari non
merentur, cum a *potiori* & *familiori* denominatione *an-*
quioribus exanthema dignior & *gravior* affectus audiat,
minime illius appellatio verbis & applicationibus talibus
communibus extenuanda sit: tanto magis vero huic *Purp-*
urae urticatae Exanthematis prædicatio competit, quæ
frequentius inter antiquiores *gravioribus* & *intricatoribus*
aut solennioribus *cutaneis* efflorescentiis attributa legitur
uti passim *Hippocrates*, *Galenus*, *Celsus* alique concilia-
possunt, ad quos etiam *Foësius* in sua *œconomia* latius pro-
vocat: quemadmodum porro inter *exanthemata*, illa quæ
papularia sunt, præ *reliquis maculatis* & *pustulosis* mitio-
ris aut *benignioris* indolis existunt, ita etiam de præsen-
tibus hoc affectu sentiendum est, quod *reliquos* affectus vel
exanthematicos benignitatis cujusdam gradu superet; unde
neque eundem *malignis* morbis accensemus.

§. IV.

Si jam circumspicimus an *præsentis Purpurae urtica-*
tae aliqualem *similitudinem* inter *veteres* medicos reper-
amus, tunc mox in mentem incidit illa *cutanea efflore-*
centia cujus *Hippocrates* mentionem facit *Coac. Præno-*
text. 564. sunt vero ἐξανθήματα διὰ τὰ τῶν χωνώπων χεντήματ
efflorescentiæ cutaneæ culicum puncturis similes: æqualem
efflorescentiam allegat *Epid. VII. §. 39. de Fullone in syn-*
phrenitico, cujus corpus velut à *culicibus compunctum* erat
& §. 41. *text. 31. de Pherocyde* dicit, quod velut *culicum mor-*
sus apparuerint ἀναθήματα, (uti *Welschius Consult. med. De*

VI. Cur. I. præcipuè p. 288. seq. talium exanthematum
 ubiorem mentionem injicit) sed licet *purpura urticata*
 quoad *externum* conspectum *aliquam similitudinem* cum
 ejusmodi efflorescentia, quæ *culicum morsus* æquat, ha-
 beat, tamen propterea *utrumque* affectum quoad *genuinam*
indolem & essentiam convenire debere, non velimus asse-
 verare: ita de alio affectu exanthematico, qui similitu-
 dinem cum nostra *purpura urticata* habere posset, agit
Celsus Lib. V. cap. 28. ubi de *pustularum generibus* tractat,
 de quibus dicit: *earum plura sunt genera, nam modo circa*
totum corpus partemve aspredo quædam fit, similis bis pustu-
lis, quæ ex urtica vel sudore, nascuntur: exanthemata græci
vocant, eæque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt,
nonnunquam plures similes varis oriuntur, nonnunquam ma-
iores: pustulæ lividæ sunt, aut pallidæ, aut nigrae, aut aliter
naturali colore mutato; subestq; illis humor: ubi hæ ruptæ sunt,
infra quasi exulcerata caro apparet: videtur quasi hæc Celsi
 descriptio non *superficiariam* analogiam habeat cum *pur-*
pura urticata, sed in eo non levis *defectus* occurrit, quod
 in eadem *pustulæ* recensitæ *desint*, sed quod tantum *tuber-*
culum papulosum constituat, uti in nostris regionibus *ur-*
ticarum & culicum puncturæ, aut ictus ab *apibus & vespis*
 commissæ, non æque ordinarie peculiarem *pustulam* in-
 erunt; magis nobis perplacet *Sennerti* consensus, qui
Prax. Med. lib. V. Part. I. cap. 26. affectum quendam descri-
 bit, qui *apprime* cum *Purpura urticata* convenit: non in-
 ignum erit, si ipsa verba viri celebris proferamus: Tu-
 moris etiam genus est, in *græcorum & latinorum scriptis*
 non obvium, sed ab *arabibus* propositum, nostris tamen regio-
 nibus etiam non infrequens, quod *ESSERE, SORA & SA-*
E nominant, cum scilicet *tubercula parva, ad rubrum ver-*
gentia duriuscula, cum insigni pruritu subito universum cor-
pus occupant, non secus ac si ab apibus, vel vespis vel culici-
bus homo demorsus aut urticis percussus esset: non ita tamen

post longum tempus iterum evanescent, nulloque ichore & alia humiditate affluente, cutis pristinam levitatem & colorem recuperat: conferatur pluribus laudatus author, ut etiam allegat, quod Serapio V. Breviarii cap. 8. duplex huius tumoris genus constituat: addit insuper in Prognostica huius affectus deductione: tubercula hæc brevi temporis spatio, etiam nulla cura adhibita, sponte evanescent & non suppurantur, nullaque humiditas ex iis effluit: & si id accidit interdum, id potius ratione sculpturæ ac ob vehementem pruritum, qui aegris molestus est, quam tumoris accidit: minus vero cum mente Sennerti convenit. flertum Foresti ob chirurg. Lib. I. obs. 16. in scholio: quando hunc affectum quem Arabes teste Menardo Essere sive Saire vocant, cum Epinyctidibus commiscet, cui obloquitur laudatus Sennertus, quando l. c. dicit: nonnulli quidem tuberculorum hoc genus ad Epinyctides Græcorum referunt; verum male; diversi enim omnino tumores sunt Epinyctides & Essere, cum Epinyctides humorum ex se effundant, quod non faciunt Essere quæ sine omni emanante humore evanescent &c.

§. V.

Inter alias præsentis Purpuræ urticatæ commemorationes placet Celeb. Dolei testimonium producere, quod in Encyclop. Chirurg. rat. Lib. V. cap. 10. dicit: Esseræ (quod vocabulum Arabicum est & apud Abin Sinam & Serapionem legitur) dicuntur etiam ab aliis Saire Pemphinx Bulle, Ampulle, Ephantismata, Germ. die Nessel-Sucht & sunt pustule parvæ scabiei bullarum instar vel squamarum eminentes ac si ab apum ictu fuerint excitatæ: Paracelsus vocat has pustulas squamulas pediculares easque ex vaporibus Talci vel cachimie deducit, hinc morbum familiarissimum esse metalli fossoribus scribit Tr. de ulcer. & apost. cap. 47. quo ipso textu monstrat laudatus vir, quod hic affectus non incognitus fuerit: neque silentio præterire volumus animadversiones Excell. Lochneri quas in A. N. C. Cent. I. & II. obs. 96 com-

communicat, sub titulo *de Nova Purpuræ specie Messel-
Sucht dicta; an Aspredo Celsi; vel uredo Plinii, & Urigo Ve-
etii & Apuleji?*, ubi Vir laudatus occupatus est circa de-
nominationem hujus affectus inter antiquiores obviam &
um ipsius affectus indole convenientem. Adhuc remini-
cimur certi affectus inter observatores occurrentis, qua-
em vulgo *Volaticam* vocant, uti talem præcipue describit
*Raygerus A. N. C. Dec. I. an. 3. obs. 286. Bartholinus Act. Hassn.
Vol. II. obs. 112. Sennertus Pr. Med. Lib. V. Part. 3. Sect. 1. cap.
Gabelchoverus in Pract. & Wittichius in Promptuar. Me-
ico.* Quanquam vero hoc nomine quidam *specialissimum*
infantum morbum designent, qui *valde rarus* esse fertur,
& de quo *Sennertus* confitetur, quod ipsum nunquam vi-
erit, de quo etiam *Raygerus* profitetur, quod *rarius a-
as nec a multis Practicis*, visus, aut quantum ipse sciat,
bservatus sit, insuperque de *Sebizio* testetur, quod hunc
fectum in *Speculo suo Medicinali Practico Part. VI. cap. 32.*
is se vidisse indicet, quippe qui affectus *erysipelaceæ* in-
olis existit & cito invadit, cito præterit & cito repetit,
amen hæc præsens Purpura ex hac circumstantia *repen-
næ invasionis, velocis decursus & celerioris recursus* meri-
o *Volaticæ* nomine indicari possit, quanquam non illam
pecialissimam morbidam afflictionem denotet, quæ vulgo
oc nomine & *charactere* explicatur & à Germanis *der
lug* dicitur; siquidem proinde ipsi medici hanc *volati-
m* distinguunt & *simplicem* aliam, alteram *scorbuticam* ap-
ellant; placuit tamen *intantum* huic Purpuræ etiam hanc
pellationem assignare, quia in *superficie* corporis, perin-
e ac *genuina volatica*, modo *in hac* modo *in alia* regione
floreſcit & *volatico* quodam calore, colore & modo de-
urrit; quibus singulis vero *varia vestigia* hujus affectus
indicavimus & sub *diversa interpretatione*, pro meliori
ujus morbi discretione & notitia demonstravimus, ut
aliquo modo liqueat in quantum ipse aliquam *similitudi-
nem*

nem aut *simulacrum* quoddam *inter veteres* habeat, & quantum ex *genuina* sua indole discerni & explicari debeat; quo loco merito circa *conciliationem* observtionum medicarum *judicium* necessarium commendamus, cum non omnes observationes ad gustum & arbitrium nostrum conscriptæ esse possunt.

§. VI.

Ratione ordinis nunc ad *Historiam* præsentis affectus texendam progredimur & primo loco *frequentiam* hujus affectus annotabimus: haud vero negare possumus, quod hic morbus *passim* satis *incognitus* existat, adeoque pro *novissimo* habeatur, siquidem non ita diu *denuo* innotescere cepit: interea & *Sennertus* & *Doleus* ex *antiquioribus* aribus medicis illius notitiam & observationem derivant: eapropter vero minimè negari potest, quod per multa tempora *non satis* condignè *inquisitus* & explicatus fuerit; quemadmodum *specialiores* tales efflorescentiæ cutaneæ ab *antiquioribus* primum annotatæ & descriptæ, post *hac* admodum *neglectæ* deprehenduntur: dum illarum *indoles* quoad *specialiorem* suam causam *non statim* inclarescit & laudanda omnino est *Sennerti* industria: dum multorum affectuum notitiam *innovavit*: quod vero ulterius hunc affectum attinet, tunc ipse *non in omni loco* comparuit & innotuit, sed tantum *in quibusdam* nationibus observatus fuit, ni denique *cum tempore* in alia loca propagatus constet: & quemadmodum *alii purpurati morbi* in *Saxonia* familiarius & *frequentius* conspiciuntur, ita *Sennertus* dicit, quod in *nostris regionibus* *non infrequens* existat hic affectus, quem nos *Purpuram urticatam* vocamus: id quod etiam *experientia* abunde comprobatur, siquidem in hoc etiam loco morbus hic bene cognitus est, & non modo in *pluribus* individuis oritur, sed & in *uno eodemque* subjecto *aliquoties* invadit, eoque ipso *purpurata* suam *indolem* prodit, quod secundum *variationes tempo-*

rum anni & tempestatum sæpius corripiat, qualia exempla *D. D. Præsidi* non modo in *junioribus*, sed & in *paulo adultioribus* hominibus obtigerunt: quid quod exempla talia occurrunt, ubi hic affectus certis subjectis *adeo familiaris* fuit, ut post *paulo majorem* corporis commotionem & *exæstuationem* confestim hæc molestia occupaverit. Deinde in *Historica* hujus affectus delineatione notare convenit, quod *certa ætas* adhuc morbum *magis* accommodata deprehendatur, proptereaque ipse non ita communiter *indiscretim* omnis ætatis subjecta affligat: testatur itaque *Historia Practica* quod & *facilius & familiaris* hic morbus subjecta *juniora* invadat, quæ in *periodis infantie, pueritie, adolescentie & juventutis* sunt constituta, imprimis vero *primis* ætatum periodis usitator esse observatur; in *valde adultis* tamen hominibus *rarissime* obtingit: quoad differentiam *sexus* consentit porro experientia medica, quod non modo *facilius*, sed & quod individua *numerosius sequioris* sexus subjecta hoc malo afficiantur, utpote quæ præ masculino sexu, *reliquo* populari *purpurato* affectu frequentius corripiuntur: tanto magis etiam præsens *urticata purpura*, ac reliqua purpura homines & *animo & corpore* molliores, *teneriores*, *mobiores & sensibiliores* affligit: quibus singulis posterioribus circumstantiis sese hic affectus ut *delicatum*, id est *sensibilem*, attamen *benignum* comprobatur: unde contigit, ut sub solo *boni regiminis* usu patientes cito & perfecte convaluerint, id quod præter laudatum *Sennertum* etiam *Bochnerus* l. c. suo testimonio confirmat: imo asseveratus insuper, quod hic mollis affectus *non melius* percutitur, nisi vel *pauca* vel *valde temperata* remedia adhibeantur.

§. VII.

Proximum erit, quo aliquot notatu dignas circumstantias in *subjecto* illiusque *regimine* recenseamus, quæ
C
ad

ad hanc historicam tractationem spectant: testatur enim observatio Practica quod huic affectui *facilius & familiarius* exponantur homines *plethorici*, aut succis *lymphaticis gelatinosis* valde *abundantes*: in qua circumstantia iterum hæc *urticata* purpura cum *miliari* convenit: quod observavit D. D. Præses, quod *frequentior & liberior* usus *lactis*, *lacticiniorum*, decocti luxuriosi *Choccolacæ* cum *lacte* parati, ad hunc affectum ejusque *faciliorem* invasionem admodum disposuerit: porro experientia docuit, quod hæc purpura *facilius* invadat homines de *Sanguineo* Temperamento participantes, ut sunt *sanguineo-phlegmatici*, *sanguineo-melancholici*, imo etiam *sanguineo-choleric*, utpote qui non modo in *dieta*, sed & in *regimine negligentiores* existunt variisque *aberrationibus* sese exponunt: hinc præcipuè observatum fuit, quomodo post insolitam *exæstuationem* & *frigidioris* auræ admissionem huius affectus quasi *primum* suum *seminium* capessiverit & memorabilis est casus, qui ante aliquot annos per literas fuimodo *consultationis* Gardelegâ transcriptus fuit, ubi junior medicus practicus, huius affectus nondum satis conscius, *verno* appropinquante tempore, sub favore *solis* in horto suo *terram* fodiendo corpus exercebat, ita ut *æstueret* & *levi sudore* perfunderetur, afflavit vero ventus *frigidior*, qui inopinatum *horrorem* excitavit, abhinc in domum redux factus, confestim hoc malo correptus fuit ita communiter in subjectis, quæ tali purpura invaduntur, talis *impulsus* præcurrit, uti inferius latius describimus: observavit etiam D. D. Præses quomodo *juniores perperæ*, *plethoricæ* & multo usu *juseulorum pinguium* & *linaceorum aromaticorum*, quæ vulgo *die Kræfft-Brüh* vocantur, enutritæ, sub *delicatiore* & nimis curiosa atque scrupulosa tali sustentatione in hunc affectum delapsæ erint: sicut D. D. Præsidi etiam talis foemina constat, quæ post duplicem infantis sui *ablactationem* in hanc purpuram

incidit: præcipuè hic affectus *talibus subjectis* infensus esse deprehenditur, quæ in *regimine* quoad *temperiem* & moderamen *negligentior* vitam degunt & mox *immodicis* aut inconvenientibus *exæstuationibus*, mox *subitaneis refrigeriis* sese submitunt, aut interdum *spirituosorum* liberaliori ingestioni indulgent: præterea ad commovendam & excitandam talem afflictionem, præcipue in *dispositis* subjectis *certaine tempestates* influere & concurrere conspiciuntur, quales in *genere* illæ sunt, quæ *purpuratis* affectibus provocandis quadrant, videlicet præcedentes & intercurrentes *serenitates* atque calores subito *alternantes* cum *frigido humida* tempestate, quippe quales alterationes, ob prægressæ *liberioris* transpirationis insensibilis aharumque evacuationum ordinariarum repentinam imutationem & *perturbationem*, juxta cujusvis hominis *specialissimam* mixtionem, discretum *temperamentum*, differentem *etatem*, variantem *dietam* &c. variis *specialissimis* humorum *inquinacionibus* & superficialibus *cutaneis* efflorescentiis sive *maculosis*, sive *pustulosis*, sive *papularibus* provocandis quadrant.

§. VIII.

Posteaquam adhuc *generales* circumstantias ad Historiam hujus affectus pertinentes præmisimus, nunc paulo propius accedemus & ipsum affectum ex suis *signis* atque *characteribus* describemus: mox vero iterum peculiarem & notatu dignam illam circumstantiam indicamus, quomodo hic morbus ulteriori quodam *phænomeno* *affinitatem* suam cum *purpuratis* affectibus comprobet, dum interdum *sine febrili* commotione invadit & decurrit, aliquando vero *sub febris* comitatu progreditur; ex quo li-
uet, quod *posterior* status omnino *gravior* & *molestior* in-
iperque *sensibilior* existat: etenim quando hæc *Purpura*
articata cum *febre* subjecta comprehendit, tunc præcur-
t levissima & brevissima *horripilatio*, sine rigore superfi-

ciei corporis sensibili aut durabili, hinc mox supervenit *obtusè* dolorifica & *temulenta* capitis perturbatio, mox concurrit insolitus *calor* è capite successive reliquum corpus pervadens, gradu tamen *mitior*, ni subjecta *eminente plethorica* fuerint & ad faciliores *orgasticas* commotione proniora, aut ni *intensiores animi & corporis* commotione atque *exæstuationes* præcesserint, ubi casus etiam prostant quomodo *gravior* æstus consecutus sit; quo loco adhuc notamus, si *inebriationes* aut *spirituosorum* ingestiones prægressæ fuerint: & accidit aliquando *D.D. Præsidi*, ut illi us curæ committeretur honoratioris familiæ filiola, quadriennis & animo & corpore agilis, præceps & inquieta hæc aliquando æstivo tempore præter consuetudinem nocturnis horis potum ingurgitabat, pro qua consuetudine extinguenda & abroganda geraria noctu cum potum peteret, huic puellæ fatis largam quantitatem elixirii Proprii Parac. obtulit, unde hæc in tam immanem æstum incidit ut de infelici eventu adstantes & domestici solliciti essent prodiit hæc purpura, quæ cum tali intensiori etiam æstu feliciter decurrit, quo periculo superato denique famula errorem, cum prædicto Elixirio commissum, confessæ fuerant: simile exemplum contigit in studioso, natione Anglo, qui immodicæ exoticorum, maxime gallicorum vinorum ingurgitationi indulgebat, hic cum post gravem computationem & inebriationem in hunc affectum incidisset, sub eximio æstu & multa inquietudine animi atque corporis, ut & concurrente mentis perturbatione non sine vitæ periculo denique evasit & convaluit. Missis vero pluribus talibus observationibus, quæ constant notamus, si sine *prævio* tali graviori & *immoderatiore* impulsu *febris* huic affectui conjungitur, tunc sub quocunque *modesto* regimine nihilominus *febrilis* hæc commotio paulo *benignius* progreditur; unde *concurrentia* signa febrilia non adeo *urgentia* sunt, ni *error* quidam vel præ-

currenit, vel concurrenit: adest quidem *virium languor*, sed non suspectus aut eximius; adest *appetitus defectus*, sed non plenarius & absolutus: adest *somni imminutio*, sed non totalis & plenaria, quin potius perturbatio: adest *siticulositas*, sed lenis & tolerabilis: neque *respiratio* admodum *angusta* est, ni ob malum & *inquietum* regimen necessariae *evacuationes* cohibeantur: *urina* est intensior *citrina*, nedum quidem *valde saturata*, quæ vero familiarius *turbatur*: non *infrequenter* observatum fuit, quod talis *febris* commotio *vespertina* horis *acerbior* reddita fuerit, ex quo phænomeno contingere potuit, ut quidam hunc affectum pro *Epinyctidibus* declaraverint, de quibus juxta *Paulum Aeginetam Lib. IV. cap. 9. & Aetium Tetrabibl. 4. term. 2. c. 61.* constat, quod *noctu* hominem *gravius* afficiant: quid quod observavit in unico hoc morbo decumentibus, quod ad plures observationes extendisse videar, *Dolæus* l. c. quando de hoc affectu significavit, quod *febris tertianæ* instar affligere soleat: dum dicit: *Essera & Sydracia carent omni periculo facileque curantur, at facilius redeunt; prænunciant tertianam aliquando, & sunt ut tertiana.*

§. IX.

Aliquando, neque quidem etiam adeo raro hic affectus *absque febre* invadit, dum subjecta mox corripit cum consolita quadam corporis *lassitudine* & *animi torpore*, motu *tenfione* in *superficie cutis*, superveniente *ardore* & *pruritu* in *cute*, accedit *irregularis* quædam *inflatio* superficialis, *per momenta* increbescens, *faciem*, *nuquam* & *pectus* imo etiam alias corporis partes afficiens, quæ quo magis *immoderatis frictionibus* offenditur, eo *citus* augefcit eoque magis *prurit* & *dolet*; aliquando tales *otuberantiæ* paululum *rubent*; tanto magis, si subjecta *einentius plethorica* sunt, si *impetiosa* commotio præces- & si *febris* concurrenit, interdum vero à *naturali colore*

re non discrepant: interea hæ irregulares protuberanti
ita cito accrescunt, ut *erysipelacei* quid concurrere com-
pareat; quid quod *eo usque* hæ inflationes *papulares* au-
gescunt, ut in partibus *mollioribus* nimirum in *facie* ali-
quam *deformitatem* inferant: proinde hæ tubercula, qua-
diu in *superficie* conspicua sunt cum molesto *ardore*, præ-
ter eximium *pruritus*, conjuncta sunt, quæ aliquandiu in
peripheria hærent: interdum per *aliquot* horas conspicu-
sunt, mox iterum *evanescent*, post aliquod tempus iterum
efflorescunt, donec post *exiguos* dies penitus decurrant &
posthac *desinant*; tubercula quoad *magnitudinem* sunt ina-
qualia, in uno loco *majora* in altero *minora*, ubique ver-
urticæ ictum referunt, in *infantibus* & subjectis *laxiori*
habitus communiter *majora* evadunt, in reliquis etiam sa-
tis magna neque ita plane exilia: ubi *febrilis* commoti-
concurrit, ibi sæpe contingit, ut *vespertinis* horis indie
affectus *acerbior* evadat & *papulæ* illæ purpuratæ *magis* ef-
florescant, quæ *diurnis* horis nonnunquam sub exquisit-
remissione febrilis commotionis vel *evanescent*, vel *mino-*
res evadunt: tanto magis hæ *vespertina* exacerbatio ob-
tingit, quando *catarrhalis* quædam afflictio coincidit: ne-
que ita diu tubercula illa *cunctantur*, donec efflorescant
sed, si affectus cum *febrili* motu corripit, mox *altero* ut
plurimum *die* eruptio illa contingit, ni gravis *error* in *re-*
gimine aut *præmatura* medicatione intercurrerit; quod
vero *sine febre* invadat, tunc mox *primo die* *papulæ* illæ e-
micant: neque etiam postea diu durant, modo *leniter* tra-
ctentur, unde post *exiguos* dies excurrunt: interim ta-
men exempla *gravioris* & *longioris* decursus constant, ubi
affectus periodum *acutæ* febris *septenariam* servavit, id
quod vero non nisi in *singularibus causis* & *casibus* accidit
quando hic morbus *sine febris* consortio procedit, tunc
reliquæ functiones animales *quantisper* mutatæ & imminu-
tæ observantur, videlicet adest *languor* in membris, *appe-*
titu

titus est, non quidem penitus abolitus, attamen dejectus & imminutus, *sonnus* turbulentus, *caput* præterea *leviter* remulentum & *animus* torpidus, *urina* est paulo *coloratio*r: evenit etiam ut *papularis* illa protuberantia non quidem *exquisitas pustulas*, cum *humore* repletas, offerat, interim tamen *asperior* quasi redditur affecta superficies, quæ non nunquam exilissimas *serpignes* æmulatur: quando hæc impuritas *difficulter* efflorescit, tunc concurrit aliqualis *angustia* in respiratione; illud etiam in hoc affecto obtingit, quod *Sennertus l. c.* significat: *sæpe observavi tubercula hæc, dum ægri in calido loco sunt, tunc emergere & dum frigido aeri sese exponunt, evanescere, nunc contra in frigido emergere & in calido evanescere*: quæ posterior circumstantia præcipue de *nimio* calore facilius intelligi potest, siquidem sub *nimis calido* regimine exanthemata minus facile aut legitime erumpunt, aut si *fugitive* emergunt atque emicant, cito iterum *aufugiunt*.

§. X.

Quando hic affectus per *exiguos* dies *duravit*, tunc lenem & *tranquillum* nanciscitur *exitum*, absque singulari *ania solenni* & magna evacuatione, interim sub legitimo & placido hujus affectus decursu *essentialis primaria* huic *purpuræ* competens excretio est, ipsa *hæc efflorescentia*, quæ in *exilissimas squamulas* secedit; altera evacuatio est *moderata* & constans *diapnoes*, minimè vero *eximia* & *positiva* diaphoresis: aliquando *symptomatica* lenis *diarrhæa* accidit & quidem tunc paulo *facilius*, quando ita affecti ægroantes vel *negligentius* & laxius *regimen* servant, vel quando nimis *frigida potulenta* ingurgitant, aliumque in *dieta* errorem committunt: alias quidem huic *purpuræ alvi occlusio* non familiaris est, ita ut excretio hæc communiter *libera* existat: neque adeo singularis & ominosa *pectoris* *oppressio* concurrit, nisi *repente* & inopportune hæc efflorescentia *retropulsa*, aut in proxima sua eruptione impedi-

ta fuerit, aut alias paulo *difficilius* ad actualem eruptionem pertingat, vel ubi *præter consuetudinem* alvus occlusa interdum, sed non nisi *per accidens*, evenit, ut hæc purpura cum *miliari* illa altera purpura *alternet*, hancque *percurrat*; neque etiam inusitatum est, ut *urticosa* hæc affectio *sæpius* subjecta corripiat, haud tamen *deteriori* successu, nisi *accidentales* quædam complicationes & degenerationes concurrant; interdum cum hoc affectu *catarrhales* morbi *complicantur*, prout videlicet *tempestates* variantes concurrant, aut prout *unà* subjecta in catarrhales affectus inclinant: post *superatum* hunc morbum *citius* pristinam *integritatem* & activitatem subjecta revertuntur neque adeo *necesse* habent, quo tam *exquisito* regimini se adstringant, quando malum hoc præteriit, ac in aliis *gravioribus exanthematicis* affectibus fieri debet: illud adhuc si *peculiari* & reservata annotatione indicare volumus, quod licet *pustulosæ* efflorescentiæ huic affectui *haud propriæ* existant, tamen quasi *serpiginosæ* tales evacuationes in illis subjectis eveniant, quibus *cutis* extra ordinem *tenera* & *sensibilis* est, aut ubi *immoderatiores frictiones* adhibentur: sicut ut interdum in subjectis *tenerioribus* & *sensibilioribus* ex pum ictu aut alia subtili superficiali læsione atque mortificatione *serpiginosæ* tales pustulæ *pruriginosæ* efflorescunt quod vero regionem attinet, in qua papulæ tales usitatu erumpere solent, tunc experientia testatur, quomodo *superior* corporis regio illarum invasioni familiarius pateat. *Hæmorrhagiæ narium* haud *sæpe* in hoc affectu ut *symptomata* excretio occurrit, nisi in ægrotante aliqualis *consuetudo* ad illam adsit & febrilis commotio insuper concurrat: neque etiam faucium incommoda sive *aphthodea*, sive *anginodea*, in legitimo decursu præsentis affectus concurrant, nisi plane aliæ circumstantiæ coincidant: interim quoad *cuticulæ* futuram *secessionem*, *squamularum* instar contingentem, hic affectus aliquid *analogi* cum *erysipela-*

afflictionibus habet, in quibus similis *subtilis secessio* superficialis evenire solet, de qua in vernacula eloquuntur, man hâute sich nach der Kranchheit, oder man bekomme eine Haut: illud etiam denique non reticendum est, quod interdum sub *difficiliori* harum papularum efflorescentia, ob immodestè *retropulsam* talem efflorescentiam *spasticam* quædam stricture particulares in *superioribus* corporis regionibus evenerint; sicut de ejusmodi *sinistris* eventibus ex plura dicturi.

§. XI.

Et quemadmodum hæ principaliores & numerosiores circumstantiæ & animadversiones fuerunt, quæ ad *Diagnosin* præsentis affectus spectant, ita in justo ordine ad *prognosticam* illius explicationem progrediemur: est itaque hic affectus inter morbos *purpuratos benignissimus*, sine contagio procedens, adeoque in legitimo suo statu *leniter* radit, *moderate* progreditur & *benigne* excurrit, hinc *relictus* & cum *modesto* regimine tractatus aliquando *cum medicamentorum* usum optime & efficacissime decurrit: quando vero hunc affectum *multus æstus* comitatur, *alvus* de *adstricta* & *pectus* admodum *oppressum* est, *malum* prædictum indicium, dum in tali statu affectus *acerbior* existit: remanente & immoderatè *suppressæ* papulæ non modo *graves anxietates* præcordiales, sed & *suspectos* alvi fluxus, majores æstus, graviores *virium* dejectiones & *inquietudines* causantur, unde etiam periculosiorem eventum involvunt: nec adeo bonum est indicium, si hic affectus *ultra triduum* & *quatrimum* durat, quia ut plurimum graviores *implicationes* & *febriles* concursus denotat: *diarrhæa lenior* hunc affectum non turbat, si vero *immoderatio* fuerit, tunc *turbat*: *vomitibus* tempestivi & interdum etiam *biliosi*, si *morati* sunt, non modo *nihil nocent*, sed affectum quantifera *sublevant*, cum qua observatione connectimus *Sennerii* annotationem, quando dicit: *Interdum Effere biliosas febres*

bres antecedunt: quo magis itaque *biliosum* incitamentum cum hoc affectu concurrat, eo *gravior* existit status morbi siquidem ex omni *alia complicatione* hic affectus *acerb* redditur, quod etiam valet de *catarrhalium* morborum *cursu*, qui in hac purpura conspicitur: majores & longiores *horripilationes* in hoc morbo suspectæ sunt, melius si *desunt*, quoniam non tam *eximius febrilis* concursus intuendus est, neque ita *difficilis* redditur efflorescentia necessaria & tempestitiva papularum: ex *immoderatis* frictionibus expectandæ sunt *dolorificæ* excoriationes & in subiectis *humidis* diuturnæ *manationes* aut superficiales *serpiginosæ* exulcerationes; eò *deterior* vero redditur status post lemem excoriationem, si subiecta multum de *choleric* temperamento participant, aut aliqua humorum *dyscrasia* labrant: frequentes & validi concursus *spasmodum*, in hoc morbo non sunt bonæ notæ: *benignius* & remissius affectus decurrit, si *spasmi illi desunt*: quando hæc purpura *frequentius* subiecta corripit, tunc indicat communem & *radicalem* massæ sanguineæ iniquationem: siquidem hæc *purpuratorum* affectuum *indoles* est, ut communiter *seminum* quoddam in sanguinis latifundio atque massa reliquant; quo magis subiecta sanguine *abundant* & quo facilius atque frequentius hæc *plethora* particularibus intensioribus *commotionibus* obnoxia fuit, eo *facilius* non modo *febrilis* commotio hunc affectum comitatur, sed & eo *gravius* hoc morbo decumbunt, eoque facilius etiam *hæmorrhagica* molimina concurrunt: alvi *frequens* obstipatio, qui post hunc affectum superatum *continuat*, disponit ad *citorem* præsentis purpuræ *recursum*, aut ad *miliaris* purpuræ *genefin*: quas singulas animadversiones in *Prognostica* huius affectus deductione commendare lubuit.

§. XII.

Missæ jam Historica præsentis affectus explicatio ad *Pathologicam* illius deductionem proximo ordine per-

edimur, in qua mox indicamus, quod hæc superficialis
 florescentia *non fortuito*, aut ex nudo quodam accidenti,
 d ex *salutari & rationali* naturæ consilio & directorio flu-
 , dum *nocivas & impuras* materias amovet, à *nobilioribus*
ignobiliores partes transfert, adeoque corpus *repurgat* &
 in integritate sua conservat: etenim nobis nimis *imper-*
itus atque *crudus* videtur ille conceptus, quasi heteroge-
 itates tales *materialem & figurativam* proportionem &
lationem erga porulos cutis habeant, ut in iisdem detineri,
 cludi & *incarcerari debeant*, quæ opinio *Cartesianis* asser-
 respondet, uti *Dolæus* de Medicis Cartesianis dicit, quod
 in affectum *excitari velint a lymphâ multis particulis angu-*
ribus mucronatis referta, in plurimis glandulis cutaneis hæ-
nte &c. circa quam *imaginationem* omnino mirari subit,
 r *mucrones* illi angulares æque in *superficie cutis* capten-
 r, cum in *intimioribus* vasis & membranis longe *tenerio-*
 s poruli dentur, in quibus hi *ramuli implicari* queant;
 are nobis hæc assertio admodum *comica* videtur, siqui-
 m non facile ex causis *merè physicis* demonstratio & rela-
 o solida suppeditari potest, cur hæc materia impura *ab*
tra & ex latifundio humorum in *superficiem* corporis fe-
 natur: hinc nostram mentem declaravimus, quod *trans-*
 io hujus *impuræ* materiæ ex *intimis & penetralibus* corpo-
 in *extremam ignobiliorem* regionem, non *corpori*, non
 plicibus causis *physicis*, neque *dispositioni & configuratio-*
 corporis, sed *naturæ*, tanquam principio *immateriali &*
rationali competat: hæc enim natura inter tot sui corporis
 tricola atque vicissitudines, cui variæ *species* tam corru-
 onum, quam *matarum & causarum* corruptionem
 vocantium imminet, tam *accurato & proportionato* a-
 illa communiter operatur, quæ corporis *salubritati*
 adrant, ut non nisi per *meram suppositionem* talis *salutaris*
 io *corpori* imputari queat, cum contra per *evidentem de-*
 nstrationem in Pathologia medica talis functio ex *sincer-*

ro fundamento atque nexu nulli alteri causæ, quam *na*
ræ adscribi queat debeatque: etenim *noxiam* causam &
niciosum effectum à *subjecto* extreme *corruptibili*, in quo
la aptitudo & necessitas adest *se ipsum* salvandi & defendendi
 avertere ac *separare* & quidem à regionibus & partibus *i*
rioribus, tenerioribus, ad vitales usus *dignioribus*, utilio-
 ribus & *mollioribus* in partes *externas* & *ignobiles* minus
relative dignas, an non talis actus *rationalibus* directo
 adscribendus sit, facile judicari potest: ob id etiam t
 impuritates, quæ quidem *commode* in *intimioribus* cor-
 ris partibus subsistere *possent*, contra omnem *necessita*
physicam & mechanicam in *externam* superficiem depon-
 tur, qualis eliminatio proinde corpori *absolutè* salutaris
 ut ita ex omni consideratione demonstratio hæc *lucule*
 & *rationalis* existat, quod videlicet *excretio* in hac *purp*
articata naturæ actus sit, neque à *corpore* neque à *mate*
 peccantis *qualitate efficienter* pendeat, dum simplex
 connexio intercedit, quod mediante hac excretionem
 pus *ægotum* *salvetur*, *purgetur* & *curetur*.

§. XIII.

Quod vero *objectum materiale* hujus affectus sive
teriam peccantem attinet, tunc illa in genere sese non ali-
 ac *impuram & heterogeneam* probat, tum ratione *genes*
 tum ratione *effectus* sui, atque *tractationis*: quod enim
 lius *genealogiam* attinet, tunc eadem ex variis *talibus* cau-
 provenire observatur, quæ corporis *integritati* contra-
 antur, adeoque ad *morbidas* causas excitandas quadra-
 sunt vero tales causæ *ut plurimum externæ*, velut *aër impu*
 & tempestates, quæ *necessarias & salutare*s excretionem
pediunt, immoderatæ *commotiones* corporis, quæ ad va-
subtiles materias *salino-sulphureas*, *fermentativo-orgast*
 generandas contribuunt, ingestiones *subjectorum im*
riorum & ex diversis *specificis* impuritatibus constanti-
 copiosiores commixtiones & affusiones *biliosorum* re-

mentorū intra *massam sanguineam*, aut *insufficientes* illorum excretionēs & *uberiores* coacervationes ; ex quibus singulis causis & occasionibus, quotquot ad *purpuræ* provocationem disposuisse & influxisse observatæ sunt, minime *bona*, sed *mixtioni* animali admodum *perniciosa* materia ortum trahit: quod deinde hujus materiæ *effectum* concernit, tunc *primarius* est, quod *massam humorum utilium* & purorum *inquinet* eidemque partim *malam crasim*, partim *malam consistentiam* conciliet, adeoque eandem ad *futuram* funestam corruptionem *præparet*: deinde vero *solidas* etiam partes inficit & ægre afficit; enim vero si *diutius* in humoribus oberrat & persistit, tunc *acrem* aliquam qualitatem nanciscitur & *teneriores* partes ægrè afficit atque irritat, unde etiam teneram *cuticulam*, quam in superficie contingit, ita subtiliter depravat atque *rosivo* effectū divellit, ut posthac *squamularum* instar secedat: proindè etiam in *papulis* illis superficialibus obhærescens talis materia teneram cutis *nervosam* texturam ita *subtiliter* & efficaciter offendit, ut insignem *pruritus* excitet, id quod tanto certius *tunc* evenit, quando hæc peccans materia nunc *seorsim collecta* & sequestrata est, neque *cum aliis* confluentibus humoribus *mucilaginosis*, *aquosis* & lymphaticis diluitur & *temperatur*; quare materia illa in *internis* partibus haud similem pruritus causatur; quo loco *Hippocratis* textum in *Vet. Med. §. 24. & 25.* conciliamus, quo significat: *inest in homine & amarum & salsum & dulce & acidum & acerbum & fluidum & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamque ac robur: atque hæc quidem mixta ac inter se temperata neque conspicua sunt, neque hominem ledunt, ubi vero quid horum secretum fuerit, atque ipsum in se ipso fuerit, tunc & conspicuum est & hominem ledit*: quid quod evenit etiam, ut, si tales subtiles materiæ impuræ admodumque mobiles in *intimiorē* cutis superficiem transvehuntur, tunc accessus *aëris*, aut *tepidior* gradus caloris tantum efficiant, quo

eædem ad *faciliorem* suum motum *fermentativo-orgasticum* perveniant, qui sub prægresso *majori* calore intrinsec *tamdiu* impeditus fuit: ex quo iterum liquet, quod effectus hujus materiæ *variis modis* pravus sit: quod denique *tractationem* illam respicit, quæ circa materiam *peccantem* in hoc affectu versatur, tunc nullus *simplicior*, compendiosior & *salubrior* actus observari potest, quam ubi *prava* hæc materia *sine mora* eliminatur proptereaque in *externam* *ignobiliorem* corporis regionem deponitur; qua proinde *remota*, acquiescit tunc natura, cum *salutarem* finem impetraverit; quodsi vero hæc materia simul & semel atque immoderate *retropulsa* fuerit, neque *mox* denuo eliminetur, tunc perinde *nocivos* effectus post se ducit.

§. XIV.

Et sicut hæc *generalis* est, hujus materiæ qualitas, ita *suffecerit* nobis id ipsum ex *indubia* observatione & *Historia Practica* nosse, quod videlicet hanc materiam natura humana tali modo eliminet, neque *impetuosam* methodo utatur, sed illam *leniori* commotione in *superficiem* corporis deponat: videtur verò nobis admodum *ambiguus*, atque frustraneus labor esse, quando medici adeo rigoroſè *ætiologiam physicam* in hoc & simili negotio inculcare volunt adeoque de exploranda *essentia* & materiali conditione valde operosi & solliciti sunt, ita enim modo accusatur *falsa* *nitrosa*, & quidem juxta *Galenicos*, modo *aciditas vitriolica* secundum *Paracelsistas*, qui imprimis effluvia & *fumos metallorum* carpunt & invehunt, modo juxta *Willisium* humor *acidus* genericus in *lymphâ* declamatur, &c. quando vero hæc materia ad heterogeneas & *excrementitias* referenda est, uti modo demonstravimus, ita non nisi in genere asserere & demonstrare possumus, quod *salino-sulphureo* indolis existat; in quo vero hæc *specifica* causa & ratio physica hæreat, cur hæc materia, non sit materia *petechiarum, variolarum, morbillorum* &c. nondum condignè de-

nonstratum fuit, neque etiam *perspicue* demonstrari potest, quoniam nos in *physica* doctrina hæ *specificæ* qualitates *alide* latent: in quo negotio *recte* sane processit laudatus *Senertus*, qui *non diu* circa causalem præsentis affectus explanationem, in materiis per *essentias* & *specificas* qualitates intelligendis, operosus fuit, sed ad *phænomena* diversa animi direxit & ex *diversitate effectuum* ad *generalem differentiam* causarum *materialium* argumentatus est: sicut *diversæ species* venenorum & philtorum, ita dictorum, *diversos effectus* implicant: quapropter etiam *natura* humana secundum *differentias* materiarum & harum *variantes* *ficacias* in *diversos* humores aut discrepantes effectus, *isam excretionem* mutare solet: illud tamen in disquisitione *ujus* materiæ è diversis circumstantiis judicari potest, quod *perniciosus* illius effectus *primario* in subtilem & *maiori gradu pinguem lympham* observetur, id quod *variaphænomena* & plurima quidem ex *Historia* morbi petita comprobant, è quibus aliquot recensebimus: 1) hic affectus familiarior est, *huic ætati*, & 2) *temperamento*, ubi laudabilis *ec lymphæ* in majori quantitate occurrit: 3) *facilius* illis subactis evenit, quæ in *pinguiori diætâ* vivunt, & quæ 4) *subde eminenter plethorica* sunt, quibus satis *larga* hujus lymphæ ubertas præsto est: 5) ipsa *lymphæ* maxime *habilis* ille humor est, in quem ob *gelatinosam* suam indolem *subtiles* *læ materiæ salino-sulphuræ* sese innectunt: unde 6) ipsa *excretio* in hac purpuræ *specie* ejus *indolis* est, ut subtilis *ta lymphæ* intimius in *superficiem cutis* dimittatur & *constratur*, quid quod 7) per modum *erysipelacæ* commotio *tractetur*, adeoque 8) tam prompte, ob *discretam* lymphæ *mobilitatem*, retineatur & *reprimatur*, iterumque 9) *lymphæ* perpetuum *commeatum* in *superficiem* corporis, *transferatur* & *dirigatur*: sed 10) præterea totus affectus *hujus lymphæ* *majorem* mobilitatem, adeo *delicatus* est, *facile* exacerbari & per paululum *calidiora*, remedia exaspe-

sperari queat: 11) quare remedia *lymphæ dyscrasiam* præservantia & 12) vicissim *lymphæ impuritatem* repurgantia: hoc affectu admodum *proficua* existunt: minimè tamen hoc affectu lymphæ *crassitiem* & *tenacem* consistentiam præprimaria ad morbum hunc *disponente* causa accusamus quin potius *vitiatam crasim* lymphæ pro *principali* præsentis morbi causa habemus.

§. XV.

Quod vero natura humana *aliquando* hanc materia peccantem *febrilibus* commotionibus prosequatur, variorum causarum esse observantur: vel enim 1) ipsa *materia* peccans *deterioris* indolis est, quæ *mixtioni* animali *citius* & *gravius* damnum minatur, ut propterea *efficacioribus* motibus *solennioribus* apparatibus eadem expellatur: vel 2) præcurrenter *impetuosiores* causæ *impulsivæ*, quæ *majorem* sanguinis commotionem excitant, ut ex hoc impulsu *excitata* natura, posthac præsentem affectum *febrili* motu & *schemate* continuet: vel 3) adest in subiecto ægrotante *eximius* *plethoræ* gradus, qui *genericam* causam subministrat, quæ natura ad *febriles* commotiones excitandas *promptius* se accingat, dum *extraordinarium* quendam *alium* actum aggravidatur, sub quo unà *molestæ* *plethoræ* imminutionem *consumptionem* suscipit: quo tanto magis 4) contribuit, antehac eadem natura *facilioribus* & *intimioribus* *plethoræ* *commotionibus* adsueta fuit, aut si 5) in *primo* hujus affectus limine *calida*, *sudorifera*, & *acria* bezoardica remedia oblata fuere, vel si 6) affectus *catarrhales* complicantur, 7) *ejusmodi tempestates* incidunt, quæ *externâ* causam ratione ad *februm* irritamentum spectant, vel si 8) mox in *primis initiis* incongrua *regimina* conjunguntur quæ *repentinas* & *immoderatas* sanguinis *turgescentias* commotiones contribuant; 9) & si in *reliqua* massa sanguinea *piofior* confluxus materiæ communis *sulphureo-biliose* & *gasticæ* adest. Excurrit vero talis affectus *duplici* necessa-

*salutari excretionis specie: prima & primaria est illa ipsa
 florescentia superficialis, quando subtilior lymphæ parti-
 laribus & numerosis talibus papulis intra cutem per conge-
 storium motum dimittitur, modo iterum resorbetur, mo-
 denuo eò transfertur, donec subtilior hæc heterogenea
 ateria successivè & placidè transpiret, quæ contra fortius
 immoderatus impulsus, ob discretam suam mobilitatem i-
 rum in humorum massam recidit, ut propterea protube-
 ntia illæ superficiales evanescant: inde contingit, ut sub
 ridiori superficiei corporis constrictoria occlusionem & in-
 iori atque firmiori materiæ peccantis immixtione in mas-
 n humorum, denique periculosi & perniciosi effectus &
 entus insequantur: altera excretio, perinde admodum
 cessaria, est diaphoresis sive moderatissima diaphoresis, con-
 ns tamen & lenis, qua mediante eadem peccans materia,
 ulo liberius & extra alterius humoris nexum in massa san-
 inis fluctuans successivè eliminatur: & dum hæc materia
 rtim per auctiorem toni gradum in superficiem corporis
 geritur, partim in eadem aliquandiu detinetur, propter
 illæ molestæ sensationes tensoriæ, oppletoriæ, tractoriæ,
 tensoriæ, distensoriæ & pruriginosæ hunc affectum co-
 tantur: quoniam etiam eo ipso natura humana in extra-
 dinario quodam negotio salutari & necessario admini-
 ando occupata est, propterea in ordinariis quibusdam
 actionibus moralibus æque ac animalibus, hoc tempore
 adeo necessariis, quantisper languet, donec efficaciter
 soluto hoc extraordinario officio ad pristinas vegetas vires
 ordinarias functiones revertatur: quod vero hic affectus
 breviori termino absolvi possit, testimonium offert, quod
 genere in hoc affectu materia non contagiosa &, ut vulgo
 cunt, maligna sed benignioris conditionis sit, nisi per
 cidens ex aliarum materiarum commixtione deterioris
 dolis fiat.*

§. XVI.

Et cum subiecta junioris ætatis de pinguiori tali lymphæ

gis participant, ita ad *exanthematicos* tales affectus *pustulosos* & *pustulosos* fubeundos magis apta existunt: quod evenit, ut talis materia peccans *specialioris* essentiae, efficaciae & constitutionis ex ipsa *discreta* hominum *mixtio* oriatur: hinc differentia *etatis*, *sexus*, *temperamenti*, *dietae*, *climatis*, *aëris*, &c. ad *diversas* humorum *inquinatio* & *exanthematum* geneses contribuit; quare asseveramus quod ex *eiusmodi* crasi humorum, cum *pinguiori* lymphæ copiosius imprægnatorum, *fortius* impulsæ & *intimius* dissoluta talis materia *salino-sulphurea*, *fermentativo-orgasti* generetur, quæ posthac *pinguiori* illi lymphæ facilius *adhaerescit* & illius *crasin* atque *consistentiam* eximie alterat quapropter inter *antecedentes* causas ad hunc affectum *disponentes* merito referre debemus, *immoderatas* commotiones & *exastuationes* corporis, impetuosas *spumefactori* exagitationes *sanguinis*, undecunque provocatas: sed eo ipso vero *minimè* negamus, quod *ab extra* interdum *specialiores* tales *impuritates materiales*, quæ in *exanthematum* forma iterum expelluntur, intra corpus vivum communicentur, sive eadem *ex aëre* inquinato, sive *aqua* insalubri impura, sive alibi proveniant: quod si etiam natura humana *sine fervore*, sed cum *lenitate* & tranquillitate, nihil etiam immodestius *commota* & exacerbata, negotia sua administraret, tunc *sine febrili* impetu præsentem affectum perpetrat & cum *lenitate* optime & efficacissime absolvit: quod vero hanc *peccantem* materiam melius & *intimius* in superficiem corporis transferre possit, tunc per modum alicujus *præparationis* in *primis initiis* moderate & *subtiliter* eandem superficiem *constringit*, quo *pore* ab omni *inherente* & impedimenta quædam inferente materia *liberentur* & repungentur: propterea lenis, levis & brevis illa *horripilatio*, quæ præcurrit *confectarium* hujus superficialis constrictionis est: & dum materia peccans non ita *extreme* prava est, propterea haud *subitaneam* noxam infert; unde *viscera interna*

non occluduntur, quoniam ab *affluxione* hujus materiæ
non tam *repentina* & *extrema* pericula metuenda sunt: qua-
alvina excretio continuat, quid quod interdum accidit,
si sub hoc affectu in *primis regionibus* quædam *impurita-*
latent & hærent, eædem per *diarrhœam* eliminantur,
quam *suscipiendam* eo magis contribuit *retrolapsio* mate-
peccantis in *interiores* corporis regiones, quæ *stimuli*
co infervit, quo natura non modo *præsentem* primarum
arum impuritatem, sed & *confluentem* hanc materiam *spe-*
lem, cum tenui *muc* involutam, *copiosius* & efficacius ex-
rnat: eliminatur vero usitatus in tali *superficie* corporis
gione, ad quam *ordinariè* *lymphæ* *copiosius* affluit, quare
capite, *collo* & *pectore* tales *papulose* protuberantiæ *fre-*
entius conspiciuntur; unde etiam caput *compatitur* ob
iosiore humorum affluxionem & *congestionem*, propter-
que *temulenta* molestia affligit; eapropter etiam *pectus*
isentit, dum sub *intensiori strictura* vel *retrocession* harum
pularum *opposita*, vel ad *promovendam efflorescentiam* ta-
n, *difficilius* succedentem, suscepta, *difficultas* respiran-
aut *oppressio cardialgica* affligit: quibus ipsi etiam præ-
ntem *Pathologicam* considerationem obsignamus, dum
n modo *principaliora* fundamenta respectuum *causalium*,
d & *specialiores* quasdam animadversiones ad pathologi-
n medicam *præsentis* affectus spectantes, commendavi-
us, explicavimus & ad *Historiam morbi* condigne applica-
mus.

§. XVII.

Ultima superest & illa quidem *Practica* præsentis affe-
is explicatio, quam pro consueto more ita commenda-
mus, ut *primo* indicemus quid huic affectui *obesse*, dein-
verò quid ipsi *prodesse* soleat; ob id quoad priorem de-
ctionem omnis *vehemens* & *immoderata* medicatio in hoc
ectu nocet: neque *directe* ad hunc morbum *V. Sio* con-
cit, quæ cum *causam* non tollat, rectius omittitur, præ-
mis cum sæpe neque *congrua* ætas, neque *gravitas* affe-

Etus extraordinarium tale auxilium indicet: quod enim *o*
gasmi in sanguine *mitigationem* attinet, tunc non æque *b*
evacuatione indigemus, quæ usitatus quosvis affectus *e*
anthematicos facilius *turbat*, quam *levat*: nocent omni
purgationes sive *curatoriè* sive *præservatoriè* instituuntur
 quot quot cum sensibili *stimulo* operantur: præterea ad *c*
ram hujus affectus minime quadrant *fortiora diaphoretica*
 aut concentrata *balsamica*, *exotica*, sic dicta *mundificantia*
myrrhata, *acria*, *subtilia*, valde *sulphurata*, *oleosa destillata*
spirituosa, communia *resolventia* & *volatilia* remedia, quæ
 lia in congruis subjectis ejus *efficaciæ* sunt, ut affectum hunc
provocent, uti superius talem casum allegavimus, quomodo
 per usum *Elixirii P. P.* hæc purpura commota fuerit; ut
 similis casus *D. D. Præsidi* obtigit, quomodo studiosus quidam
 per usum *spiritus volatilis oleosi* hunc affectum sibi con
 traxerit: nocent præterea omnia *regimina æstiosa* valde
 commoventia, sudorem *aquosum* urgentia: porro absint re
 media *refrigerantia*, *adstringentia*, valde *incrassantia*; ne
 que etiam *mercurialia* remedia & *sulphuris* usus in hoc af
 fectu conveniunt aut proficiunt; proinde *lignosa* medica
 menta, quamvis vulgo ad *dyscrasiam* sanguinis corrigen
 dam eximiis exornentur laudibus, tamen in hoc morbo
 nullam *singularem* utilitatem afferunt, quin potius ad *ma*
jorem sanguinis commotionem excitandam conferunt: *a*
cidule potentiores neque *curatorio* neque *præservatorio*
 scopo in purpurato hoc affectu conducunt: neque etiam
liberalior nedum *largior acidorum* subjectorum usus conce
 dendus est; nocent *narcotica* remedia, quid quod multum
 officit *negligens* & *refrigerans* regimen: porro *multiplex* re
 mediorum ingestio & frequens *variatio* præsentem affe
 ctum valde *turbat*: nocent *balnea frigida*, vel *sulphurata*
 vel *adstringentia*, vel *lixiviata*: absint topici usus calcareo
 rum *saturninorum* & quorumvis *repellentium* & repente *ex*
siccantium: abstinendum est à *topico mercurialium* usu & sin
 gu

alorum illorum applicatione, quotquot vulgo *cosmetico-*
um encomium gerunt; unde recte *Sennertus* dicit, quod
opicorum usus *plerumque* necessarius *haud* fit: neque et-
m *unguenta & linimenta* communia profunt, quid quod o-
nia *repente exsiccantia* aut *simpliciter repellentia* in simplici
oc affectu evitentur; quemadmodum etiam *internè* omnia
a subjecta nocent quæ *primas regiones* inquinant & *fer-*
mentativos motus augent, unde periti artifices ab omnium
lorum subjectorum ingestione in talibus superficialibus
florescentiis dehortantur, quæ vel in primis viis vel in
assa sanguinea cum *biliosa* substantia *acrius* & efficacius
infermentant, ut sunt *valde dulcia & pingua* frixa, impri-
is *axungia porcina* & *vervecina*: denique *antiscorbutica*
media *acriora & concentratiora* juxta *communem & libera-*
m usum, huic affectui *non facile* ordinanda sunt, licet e-
dem tamen *parcius* adhibita, *non penitus* rejici queant.

§. XVIII.

Ad *Positivam Purpuræ Urticatæ curam* nunc progre-
mur & significabimus *primo* quid *curatorie* in hoc affe-
u agendum sit, *deinde* quomodo *præservatio* institui &
ministrari debeat: Ipsa *cura* cum magna *modestia* susci-
ienda & perficienda est, nam quo *lenius* hic affectus tra-
atur, eo *securior* eoque *facilior* erit tota medicatio & vi-
everfa: in *initio* itaque affectus, quando in subjectis præ-
imitur *impuritas* in *primis viis*, aut quando alvus *segnior*
t præstat *lenissimum laxans* remedium ordinare quo *Rha-*
arina & Tamarindinata remedia profunt, vel *absente* fe-
re in subjectis non valde *pusillis* pillulæ conveniunt, ex
tracto *Fumariæ, Cochleariæ, pimp. alb. cent. min. Gum. am-*
oniac. Succin. præp. thereb. & extr. pancbym. Croll. cum ex-
guis granis *trochiscorum de agarico* paratæ: porro condu-
ant remedia partim *materiam* peccantem in *humoribus*
emperantia & *involventia*, partim *evacuantia*: prioris
assis vix meliora sunt, quam simpliciora & *teneriora* ab-

sorbentia, vel *Terrea* talia subiecta cum temperatis *acidis* saturata, quæ sub concursu *febrilium* & *orgasticarum* commotionum utiliter cum *coralliis rubris* præparatis & exiguis *Nitri* granis misceri possunt; & talis pulvis in parca quantitate bis aut ter per diem exhiberi potest: præterea in *tenuissimis* ætatibus ad temperandam & abstergendam *acriorem biliosam sulphuream* substantiam tam in *primis regionibus* præsentem, quam in *humoribus* confluentem prodest *Crystallus montana* præparata prioribus pulvillis conjuncta: in *adultioribus* subiectis non modo paulo *frequentior* *Nitri* usus, (modo non valde largus aut excessivus sit,) sed & *Lapidis prunellæ* commixtio proficit, qualia *salia ardorem & pruritum* angentem & urgentem leniunt & temperant: præterea mitigante hoc effectu profunt *decocta mucilaginosa* & *extra febrem, gelatinosa*, ut & dilutiora *emulsiva*, non quidem è *feminibus refrigerantibus*, sed neque etiam è *largis pinguium nucleorum* copia paranda: profunt etiam decocta è *Rad. Cichorii, Scorzoner. Apii, Bardan. herb. scorænic. chærefol. veronicæ Sem. Petrosel. Carv. Horde excortic. Cinnam. Passul. maj.* conficienda: Quod vero *evacuacionis* promotionem attinet, tunc ad *diapnoen* illam inducendam & conservandam cura dirigenda est: & huc non nisi *mitiora* & *leniora* sic dicta *Bezoardica* quadrant, unde recte sæpè laudatus *Lochnerus* l. c. profitetur, quod hoc *malum blandioribus alexipharmacis* cedat: satisfaciunt itaque huic scopo vel sola *diaphoretica fixa* & exigua *antimonii diaphoretici* grana prædictis pulveribus sociata: conferunt proinde aliquam utilitatem *potiunculae* ex *aquis puris destillatis*, neque cum *empyreumate*, sub destillatione minus provida, inquinatis, & *absorbentibus* remediis compositæ, v. g. ex *aquis Plantag. scabios. fl. Sambuc. Galeg. C. B. cul. 69. c. acet. Citr. Corall. rubr. ppt. antimon. diaphor. &c.* v. si *febris deest* admitti possunt *Essentie Caryophyllatæ, Vinetoxici, Pimpin. alb. Succini*, nec non *modestus* usus *Essentie*

mariae, præcipuè in paulo *adultioribus*, neque valde *te-
lulis* subjectis: præstat vero tales *Essentias* in *parca*
antitate exhibere: subinde etiam *regimen* quietum &
moderatum conferri potest: quid quod utile & salutare est
vegetis & tranquillis subjectis, præter bonum *regimen* ni-
aliud usurpare: concedimus denique blandam & mol-
lem frictionem, tam pro demulcendo nimio *pruritu*, quam
pro conservanda hac populari *efflorescentia* in cutis super-
ficie; qualis *modesta* & remissius calida frictio *tunc* etiam
convenit, quando hæc protuberantia ad *interiora* retro-
cessit.

§. XIX.

Et quo papulæ tales, quæ antea cum incommodo quo-
dam *retrocefferunt*, moderatè denuo *expellantur*, præter
modo commendatam *moderatam frictionem*, convenit qui-
etiam *regimen* & placida *diapnoes* provocatio, nec non
conjunctus usus *Essentiæ* temperatoris *alexipharmacæ*, aut
decocti simplicioris *remissius calidi*; uti exempla constant,
modo sub ejusmodi decocti moderata & successiva in-
stitutione papulæ illæ evidenter denuo effloruerint: Quan-
do *diarrhæa* concurrit, tunc illius *positivam* aut fortem &
insubilem *repressionem* non suademus, ordinamus vero pul-
verem *simpliciter Terreum*, ex absorbente remedio, *Corall.*
lb. ppt. & tantillo *C. C.usti* aut *raspati* paratum: vel interpo-
nere potest miscela *Essentiarum Helenii*, *caryophyllat.* *Pimp. alb.*
Cort. Chaccarill. quemadmodum in toto hoc affectu *Ess.*
mp. alb. eximiæ utilitatis est: In reliqua cura *potus sufficiens*
negandus *haud* est, modo evitetur potus valde *frigidus*
et refrigerans, acidus, fæculentus & fermentescens; *To-*
ca denique remedia *nulla* commendamus, quia hic affe-
ctus longe melius *absque* illorum usu curari potest; loqui-
mur vero de *legitimo* illius statu, neque de *accidentalibus* il-
lius *complicationibus* & degenerationibus: quando vero ob
moderatam frictionem dolorifica *excoriatio* causata fuit,
indemum ordinamus sub continuando usu à nobis com-
mendatorum remediorum temperantium & Bezoardico-
rum

rum, unguenta, conficienda ex *oleo lil. alb. ovorum, mucila-
sem. psyllii, Mastich. succino, therebint. Camphor. ceruss. alb. ppt.
cera virginea*: Ad *Præservatoriam* denique medicatione
progredimur & in hac commendamus in junioribus *chol-
goga* remedia, & quæ primas regiones sedulo abstergunt
Rhabarbarina, tamarindinata & Mannata, è quibus prio-
adultis subjectis conferunt: deinde præstat superius laud-
ta *absorbentia* remedia tam junioribus quam adultioribus
interdum exhibere: *transpiratio* in æquali successu conse-
vanda est: per intervalla conferunt *Essentiæ Pimp. alb. Succ-
& Fumariæ*: adultioribus imprimis *plethoricis* suadend-
funt *Venæ Sectiones, temperatæ acidulæ & mitiores Thermæ*:
vitentur vero frequentiora *animi pathemata*, præcipuè ir-
diæta sit *tenuis, temperata, mollis, diluens & mucilaginos-*
non vero valde *aromatica*: arceantur omnes, tanto mag-
vero frequentes perturbationes *primarum regionum*: *alvi-*
sit constanter libera & aperta: *potus* sit *sufficiens*, sed no-
multum aut sæpe *spirituosus*, rectius temperatus: *mobile v-*
tæ genus fervetur sub iusto moderamine, præoccupetu-
vero omnis *excessiva & simultanea corporis commotio* at-
que *repentina & frequens exæstuatio*: *aer* seligatur *serenus*
& *temperatus*: *frigus* sensibile & multum excludatur; præ-
feratur *moderatus calor*: & ita ab omni latere præscindatu-
ocasio, ne corpus magis *inquinetur*, neve suspectus quidam
impulsus concilietur; Et ita etiam *Therapiam* hujus affe-
ctus, quantum eadem non modo *multoties probata* fuit, se-
& exactè ad hanc tractationem spectat & satisfacit, tradidi-
mus: vela nunc contrahimus & Deo benignissimo pro præ-
stito suo auxilio ad explicandum hunc morbum, devot-
mente grates persolvimus, humillimeque rogamus, qui
hunc laborem perpetua sua gratia protegat & prosequatur
ut primario ipsam divinam gloriam augeat & ad multa
salutares applicationes medicas inserviat &
pertingat.